



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

212. Non resistendum malo.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)



Dei est; neque per terram; quia scabellum  
est pedum ejus; neque per Hierosolymam;  
quia civitas est magni regis; neque per ca-  
put tuum juraveris; quia non potes unum  
capillum album facere, aut nigrum. *Matth.*  
*5. 6. 34. 35. 36.*

III. Sit autem sermo vester; Est, est  
Non, non; quod autem his abundantius est,  
à malo est. *Matth. 5. 6. 37.*

## MEDITATIO CCXII.

*Didagma XVIII. Non resistendum*  
*malo.*

I. **A**Vdistis, quia dictum est: Oculum  
pro oculo, & dentem pro dente. Ego au-  
tem dico vobis, non resistere malo; sed  
quis te percusserit in dextram maxillam  
eam, præbe illi & alteram. *Matth. 5. 38. 39.*

II. Et ei, qui vult tecum iudicio conten-  
dere, & tunicam tuam tollere, dimitte eam &  
pallium. *Matth. 5. 40.* Ab eo, qui auferit  
tibi vestimentum, (*ἵματιον, pallium, quod*  
*supra tunicam induitur*) etiam tunicam no-  
li prohibere. *Luc. 6. 29.* Et quicumque te  
angariaverit mille passus, vade cum illo &  
alia duo, nimirum millia passuum, seu alte-  
rum milliare. *Matth. 5. 41.*

III.



III. Qui petit à te, da ei: & volenti mu-  
tuari à te, ne avertaris. *Matth. 5. v. 42.* O-  
mni petenti te, tribue: & qui aufert, quæ tua  
sunt, ne reperas. Et prout vultis, ut faciant  
vobis homines, & vos facite illis similiter.

*Luc. 6. v. 30. & 31.*

## MEDITATIO CCXIII.

*Didagma XIX. De diligendis  
inimicis.*

I. **A**Vdistis, quia dictum est: Diliges pro-  
ximum tuum, & odio habebis inimi-  
cum tuum. Ego autem dico vobis: Diligite  
inimicos vestros, benefacite his, qui ode-  
runt vos. *Matth. 5. v. 43. & 44.* Benedi-  
cite maledicentibus vobis. *Luc. 6. v. 28.* Et  
orate pro persequentibus, & calumnianti-  
bus vos. *Matth. 5. v. 44.*

II. Ut sitis filij Patris vestri, qui in cælis  
est: qui solem suum oriri facit super bonos  
& malos: & pluit super justos & injustos. Si  
enim diligitis eos, qui vos diligunt, quam  
mercedem habebitis? nōne & publicanā  
hoc faciunt? *Matth. 5. v. 45. & 46.* Si di-  
ligitis eos, qui vos diligunt, quæ vobis est  
gratia? nam & peccatores diligentes se di-  
ligunt.